

7. Hoc est non solius *ortus* nudè, sed & *actorum atque eventorum*, & *ordinis totius*, a. *Luc. 16. 8.* cum respectu perpetuo ad *autorè & rectorè DEVM.*
8. In postremâ hac sunt tria præcipuè *VERBA* & quasi *periodi subordinata;*
9. 1. *Verbum veritatis, federis, & vocationis divinæ; seu FUNDATIO regni, in terrestribus, corruptionem antecedens.*
10. per *functionem federis, in hortu eden, à parte Dei, & conversationem castam ac innocentem à parte hominum.*
11. 2. *Verbum MENDACII, apostasie, & seductionis satanicæ; seu CORRUPPTIO effecta à nequitiiis spiritualibus, in caelestibus.*
12. 3. *Verbum IUDICII, de utrisque, corruptionem subsequens.*
13. *Ubi post præparationem, & processum ac sententiam, in serpentem ac hominem, dictam, & in pœnâ serpentis,*